

Johann Kleinschmidt

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Johannes Kleinschmidius
I.D. & Prof. Ad iusta funebria & sepulturam cohonestandam Quam ... Matronae
Ilsebe Daldorffen ... Hartwig Pentzen p.m. in Warlitz Haereditarii, relictæ viduae
... paratam esse cupiunt Omnia Ordinum cives Academicos ad hor. med. 2. in
Templo Mariani officiose invitat & horratur**

Rostochii: Kilius, 1637

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn798551151>

Druck Freier  Zugang



PROGRAMMA
QUO
Rector Universitatis Rosto-
chien sis
JOHANNES KLEIN-
SCHMIDIUS J. D. & Prof.

*Ad justa funebria & sepulturam
cohonestandam*

Quam

*Nobilissima ac femeinarum virtutum
decore conspicua Matrona*



Ilsehe Daldorffsen/

Nobilissimi ac strenui Viri

Hartwig Pertz p.m. in Warlitz
Hæreditarij, relictæ viduæ, matri

ac socrui desideratissimæ

*Viri Nobilissimi ac maximè strenui, Filius &
Generi mæstissimi paratam esse cupiunt*

Omnium Ordinum cives Academicos ad hor.
med. 2. in Templo Mariano officiose invitati
& hortatur.

ROSTOCHI,
Typis NICOLAI KILIACAD: Typogr. 1637:

149 FR Pertz, Ilsebe 1637

Vam non quie-
ta, quamq; infelix
ejus sit vita, qui ita vivit,
ut mortē non frequenter
meditetur, vitæq; finem
respiciat ultimum, vel so-
lus exitus & fatalis è vita
migratio docere potest. Sunt namq; quibus
caducæ hujus lucis usura summum bonum ha-
betur atq; hi vel nunquam mori exoptant, vel
ita mori ut se perire non sentiant, perditæ salutis,
atq; extremæ securitatis filij. Sunt item, qui in
altuni mente suspiciunt, & beatiorem vitam ex-
spectantes, mortem dum vivunt continuo me-
ditantur, atq; id agentes non possunt non bene
vivere, ac in terris cœlestium sanctitatem, quantu-
m per naturæ imbecillitatem licet exprimere.
Illos si spectes, reperies quosdam mortem mire
exhorrescere, non quod dissolvat intimam illam
animæ & corporis unionem, qua ratione &
optimo cuiq; terribilis esse potest, sed quod præ-
ter hujus mortalitatis gaudia, nihil sibi super-
esse

esse sciant. Atq; hinc vel ad mentionem mortis ex palescunt, hinc ad leves ventorum vehementiorum insultus, ad momentaneos emicantis fulminis ignes toti contremiscunt, tonitruæ audientes cryptas subterraneas festinanter subeunt, & modo non in ipsum descendunt infernum; vitam scilicet pro suppicio gestantes, dum futuros illos cruciatus mente ac cogitatione prægustant. Quidam ex his diuturnis conscientiæ terriculamentis exanimati desperationi ac impatientiæ succumbunt, vitæq;, cum naturalem dissolutionem expectare grave sit, ipsi violentas inferunt manus, in exitio solatium quærentes. Quos omnes vitam inquietissimam atq; infeliciissimam agere quis non videt? Neq; enim ex metu mortis, quam à nullo non timebat primi nostri parentis primogenitus, difficile fuit fratricidium atq; hinc orta conscientiæ tormenta agnoscere. Neq; primum populi Hebræi regem sui interencionem tam stolide appetivisse verisimile est, nisi ante actæ vitæ iniquitas oneri ipsi jam pridem suisset. Neq; fuit, qui non in Ischariotæ nefarium proditionis factum inde potuerit perspicere, quod vitæ tedium turpi suspendio mitigare conaretur. Adeo onerosa impiis vita est, adeo inquieti, quos mali agunt dies.

Feliciar

.762

Felior longe eorum conditio est beatæ vitæ
tranquillitas, qui D E U M tanquam cynosuram
boni cursus assiduè respiciunt, &, mortalitatis à
primis ungviculis memores, ita vivunt, ut mor-
tem non extimescere, sed avide exspectare pos-
sint, non tædio hujus vitæ, sed desiderio coele-
stis gratiæ. Hos in perpetuo pietatis exercitio
incedere, hos inconcussa in Deum fiducia niti,
hos obsequium, quod divinæ voluntati præ-
stant, omnibus qui humanitatem feriunt, casis
bus, animose opponere, & neq; in prosperis ani-
mo effterri, neq; in adversis concidere, & quod
inde necessario sequitur, nec mortis metu cru-
ciari, nec minime concessam appetere unquam
observamus. Exemplum si petitis, Ecce vobis,
Nobilissimam, pietate & virtute ornatissimam
matronam ILSEBE DALDORFFEN/
qua nata est, Anno Servatoris nostri 1568, ipso
die pentecostes: renata vero & per lavacrum re-
generationis ac renovationis in ordinem coele-
stis nobilitatis relata, ipso die SS. Trinitatis. Pa-
ter ei fuit Vir Nobilissimus & strenuus Valentin
Daldorff/ Dn. Hæreditarius in Wottersen/ Sa-
xonie inferioris: Mater vero Nobilissima &
omni virtute Ornatissima Domina Delgarde
Ranckowen aus Holstein. Ayus paternus, Johan
Daldorff

235

Daldorff/ Dn. Hæreditarius in Wottersen. Avia paterna Cœcilia von Alsfeldt von der Hilgenstedt aus Holstein. Proavus paternus Dn. Vitte Daldorff/ Hæreditarius in Wottersen/ proavia Dorothaea von Barsbecke. Alter proavus fuit Vir Nobiliss. Dn. Johan von Alsfeldt / Hæreditarius in Hilgenstedt. Altera proavia Drude Ranzow von dem Wittenberge aus Holstein. Cæteri majores paternæ lineæ sunt die von Scarpenberg/ die von Kicksdorff/ die von Ratlowen/ die von Buchwolden. Avus ei maternus erat Vir Nobiliss, ac strenuus Jochim Ranzow/ Dominus Hæreditarius in Putlos/Pancker vnd Predow. Avia materna Nobiliss. Dn. Anna von der Wische/ von Glasow vnd Bienenberge. Proavus maternus Dn. Sibert Ranzow Hæreditarius in Putlos/ Pancker vnd Helmsdorff. Proavia materna Dn. Anna Ranzowen von den Bredenberge. Alter proavus maternus Nobiliss. Dn. Claus von der Wische Dn. Hæreditarius in Glasow vnd Binenberg. Altera proavia materna Margaretha von Poswischen von der Ferbe aus Holstein. Cæteri cæteræq; majores lineæ maternæ sunt die von Alsfeld / die von Buchwold / Iterum die von Alsfeldt vnd die Ranzowen omnes in Holsatia ex Nobiliss, familiis oriundi. Possent vero

utriusq; linea majores usq; ad trigesimam secundam generationem & ulterius recenseri, si illa id necessitas postularet: Nunc vero nemo omnium est, qui ea de re vel minimum dubitet. Pater ejus piz memoriae conjugem duxerat priorem, Nobiliss. & Præstantiss. Dn. **JL SEB E** von Alfeldt / ex qua suscepit quatuor filios & duas filias. Illorum primus fuit Vir Nobiliss. & strenuus Dominus **Burchard Daldorff** / per multos annos Marschallus Gortorpiensis, qua in aula tandem proiecta aetate feliciter mortuus est. Alter Dn. **Christoff Daldorff** / Hæreditarius in Wottersen / p.m. Tertius Dn. **Johann Daldorff** / in Ungaria militiam sectatus fortiter occubuit, p.m. Quartus Dn. **Georg Daldorff** / Hæreditarius in Bandefow. Major filiarum Dn. **Catharina** / Nupta Dn. Barthold von Baroentin / Hæreditario in Zecher / Consiliario Aulico & provinciali Saxonie inferioris. Minor **Dorothea** / nupta Dn. **Lorenz Stacken** / Hæreditario auff Hasendal.

Ea cum diem suum obiisset, alteram duxit, hujus defunctæ nostræ matrem, eamq; sex annis in matrimonio pio, placido, tranquillo habuit. Duas tantum filias ex ea suscepit, quarum prior fuit hæc nostra feliciter ac pie defuncta: Altera

tera ANNA nupta Nobiliss. & strenuo Dn.
 Henrich Sperling/ Consiliario Megapolit. Ha-
 reditario Domino in Oberhoffe. Sed ambo pa-
 rentes uno eodemq; anno mortui , cum nostra
 beatè mortua quartum ætatis annum ageret.
 Cum ergo tenuera admodum esset vix quadri-
 mula, curam ejus tenellæ in se recepit, Religio-
 sa ac Deo devota Virgo materterea Domina Eli-
 sabeth Rankow / & secum in Cænobio Virginū
 Prezenium habuit. In hac religjonis ac Pieta-
 tis officina septem annos consumisit sub Dn. Ma-
 terteræ cura in assiduo studio & exercitio Pieta-
 tis, orationis, Castitatis & aliis isti ætati atq; or-
 dini convenientibus. Verum ista quoq; Dn.
 Elisabeth/buic mundo valedixit & ad meliorem
 vitam commigravit, & nostram hanc pie mor-
 tuam, tunc virginem tenellam, sorori, quæ huic
 altera erat materterea porro educandam reliquit:
 quæ cum in matrimonio Nobiliss. Viri Dn.
 Erasmi von Alsfeld/ Hæreditarij in Grunen-
 wolde/ viveret curam ejus virgunculæ sibi tradi-
 tam sedulo & gnaviter prosecuta est: ita ut in
 hac educatione non minus Oeconomicis Vir-
 tutibus & aliis ad elegantiam tali Virgini con-
 venientem pertinentibus adsuefactasit, quam
 antea ad Pietatem, invocandi Dei assiduitatem
 & id

& id genuis alia officia fuerat. Sed iterum Fortuna adversitatem, imo ut recte & Christianè dicam, Dei ipsius paternam voluntatem experiri coacta est, cum ista quoq; Dn. von Alesfeld mater tera non diu superstes fato suo defuncta ad cœlestem beatitudinem hinc emigraret. Ab agnatis rego in Saxoniam infer. revocata in exercitio virtutum ab utraq; materterta perceptarum adolescentiam virginalem pie, pudicè, modestè transegit, donec nutu providentiae divinæ, & autoritate & consensu Nobilissimæ propinquitatis nupsit Nobiliss. & strenuo viro Dn. Hartwich von Penzen / Hæreditario Dn. in Warlich end Penz/ idq; Anno Christi 1591. die 23. Aprilis, cum ipsa annum ætatis 22. ageret. In isto Conjugio pio, tranquillo & secundo per divinam benedictionem suo marito peperit tres filios, filias verò quinque: quarum prima fuit, Margaretha von Penzen / p. m. quæ anno ætatis undecimo defuncta est Virgo. Ei in vita successit Dn. Adam von Penzen/ qui ante paucos annos duxit Nobiliss. Virginem Margarethen Hoben/ sed proxima æstate fato functam ipse adhuc viuus luget. Tertio partu editus alter filius Valentijn von Penzen/ qui Anno 1620. die 31. Prælio Pragensi in Albimontio Bohemiæ fortiter pugnans

gnans occubuit Anno ætatis 19. Quarto natus Mat-
thias von Penzen / filius tertius, qui solos triginta vixit
menses. Quinto nata est, altera filia Delgard von Pen-
zen / quæ primò nupta Nobiliss. & primariæ dignitatis
Viro Dn. Joachim von Barnewitz / Hæreditario in Xu-
bergard / Reginæ Viduæ in Dania p. m. Consiliario in
timo & Aulæ ad ipsos 40. annos præfecto: qui cum
ex ista aula in cœlestem vocatus ac translatus esset,
illa iterum nupsit Nobiliss. ac strenuo Viro Dn. Hard-
wich von Passow / Domino hæreditario in Zechen vnd
Gremmelin / Consiliario Megapolit. Intimo & Prima-
rio. Sexto nata est filia tertia, Virgo Nobiliss. Dn.
Anna von Penzen / quæ vitam religiosam in Coenobio
Dobbertinensi agit. Septimo Dn. Eva von Penzen /
in ordine filiarum quarta, nupsit Viro Nobiliss. &
strenuo Da. Jasper von Orzen / Hæreditario in Rog-
gow. Ultimo deniq; nata est quinta Catharina / quæ
Cum vix esset semestris, correpta variolis huic vitæ
valedixit. Ex hoc liberorum optabili numero vix
medianam partem in vivis retinuit, cæteros non sine
magno doloris materni sensu; quemq; suo tempore
fato concessit, aut verius dicendo in vitam cœlestem
præmisit. Neq; defuerunt ei alia, quæ Conjugalem
vitam comitari solent, incômoda, quæ tamen omnia
propria & superstîtum liberorum virtute fuerunt im-
minuta, emendata & sublata. Ex his ergo comme-
moratis triplicem præcipue amorem in ea flagrantem
fuisse colligimus & cum amore felicitatem. Unum
DEI. alterum Conjugis, Tertium liberorum. Quan-
tus enim, DEI imprimis, amor iste in ea fuit, ex quo
tanta in ejus cultu assiduitas, ab ipsis ungviculis te-
nerioribus, profecta est? Nec iste intra solam specu-
lationem

lationem constitit, cum erga maritum, liberos, cognatos & proximos quosq; se efferret. Erga maritum tanto fuisse efficacior censendus est. Amor iste, quanto duriora fuerunt, ea tempora, posteriora præser-tim, quibus cum eo vixit. Et hæc ipsa tertium quoq; Amorem erga liberos tanto majorem reddunt, quanto major ista sollicitudo fuit, quam in piis parentib. videmus, quos pericula nostri seculi de salute suorum liberorum nunquam securos esse permittunt. Osten-dunt eundem amorem fides & sedulitas in educando, quam in hac vita se prædicare satis ipsi liberi posse negant, & in futura corā ipso Deo se testimonīū ei per-hibituros hujus amoris & fidei plane promittunt. Rei familiari studuit quidem sedulo & prudenter. Sed ita tamen, ut ista caduca bona tractaret, quasi non pas-sura damnum æternorum. Verum uti nullius gau-dij constantia est solida, & absq; incommodi aliqui-jus mixtura, nec perpetua. Sic temperamentum ejus hæc beata matrona experiri coacta est non leve in hoc extremo vitæ actu, quem septennis morbus haud lœtabilem reddidit: cui malo, si malum dicendum est, quod pīs hominibus divina voluntate contingit, etiam illud accessit, quod maritum unicē charum An-no Christi 1632. die 7. Octobris vitæ ac thalami so-cium amisit. Erat ille quidem vitæ satur & matrimo-nij, quippe qui ipsos quadraginta & unum annos in matrimonio vixisset; obitus tamen ille φιλάροδης con-jugire relictæ, præcipuo dolori ac mærori fuit. Unde factum haud dubie quod ab eo tempore vires, morbi crescere, corporis minui ceperint, ita ut potissimam temporis partem in lecto, quamvis ingenti patientia & qua Christiana ac nobili matrona digna esset, degere

23

degeret necesse haberet. Cumq; ob vitium defectum
cætibus Ecclesiasticis in templo interesse non posset,
tamen omne illud, quod poterat, tempus orando, me-
ditando, legendo consumsit. Sæpe etiam animæ cu-
ratorum accersitum in cubiculo concionantem audi-
vit, ibiq; sacra Synaxi usa curam omnem in Serva-
toris nostri humeros conjecit & ad felicem, pium ac
placidum ex hac vita discessum se eomposuit. Neq;
sua spes diu eam frustrata est, cum hoc tandem anno
morbus tantas vires acquireret, ut satis manifesta
istius incrementi indicia comparerent. Eo præser-
tim tempore, quo tempestas militaris huic patriæ no-
stræ ita incumberet, ut à militari licentia ac violen-
tia ruritutus nemo esse posset. Unde factum, ut ge-
ner ejus Vir Nobiliss. Dn. Jasper von Drægen/ cuius ho-
spitio socrus ægrotans usi fuerat (neq; enim pro-
priam familiam defuncto marito in ægritudine tam
diurna habebat aut habere curabat) secum in ur-
bem eam adduxerit, atq; omnia generi commodissimi
erga dilectissimam socrum officia præstiterit, plu-
ra etiam & majota præstiturus, nisi proximis aliquo
septimanis tantas vires morbus acquisisset, ut con-
tinuo quatuordecim dierum decubitu tandem die 19
Septembris, inter preces ad Servatorem filium Dei ex
imo corde profetas & gemitus liberorum ac gene-
rorum adstantium, pio ac placido quasi somno con-
sopita obdormiseceret, atque ita ex hac vita fragili,
ærumnosa, turbulentia in vitam coelestem, in portum
in mortalitatis ac æternæ tranquillitatis emigraret.
Quid aliud hac de matrona tam nobilis, tam pia, tam
felici dicemus, quam feliciter natam, feliciter vixisse,
feliciter ex vita caduca in æternam & nullis incom-
modis

B 2

modis obnoxiam pervenisse? Igitur ipsa quidem ex-
tra omnis teli iactum, extra omnis periculi aleam po-
sita Agnum, qui peccata mundi tulit, servatorem se-
quitur, ac tota Dei laudibus ac hymnis occupata est:
nos vero in hujus turbulenti seculi magno mari con-
stituti voluntatem ac nutum Dei agnoscamus necesse
est, nostramq; ita componamus, ut accessu quam pro-
ximo nostram ei congruentiam & obedientiam ad-
probemus. Nihil quidem dubij est, quin tota laudatis-
sima & Nobiliss. familia in summo lucru & merore
veretur, sed cogitabunt viri generosi tamen & matro-
næ ac virginis spiritu divino ex literis mysticis cōfir-
mati, nullam esse veriorem ac solidiorem consolatio-
nē, quam que ex illo myrothecio petita depromit.
Adjungemus nostra quoq; vota precibus illo-
rum ac Deum rogabimus, ut efficaci spiritu con-
solationis animos illorum tristes ac dejectos eri-
gat, e tenebris luctuosis ad serenam lucem redu-
cat, atq; omnia deinceps pericula ab ipsis, à nobis
ab tota provincia in sui nominis hostes avertat.
In manu illud nostra est ex parte, Civ. Academ.
datur faciendi occasio, neq; parū bene de fami-
lia tam nobili, de viris tam bene de Academia
nostra & hac provincia meritis merebimur, sed
una opera & gratitudinem illis nostram exhibe-
bimus & novo illos officio nobis obligabimus.
Eamus ergo & frequentes ad horam med. 2. in
Templo S. Mariæ compareamus. Rostochij
sub Sigillo Rector. Anno 1637, die
14. Decemb.

modis obnoxiam pervenisse? Igit
tra omnis teli jactum, extra omnis
sita Agnum, qui peccata mundi tu
quitur, ac tota Dei laudibus ac hy
nos vero in hujus turbulentis secul
stituti voluntatem ac nutum Dei a
est, nostramq; ita componamus, u
ximo nostram ei congruentiam
probemus. Nihil quidem dubij est,
sima & Nobiliss. familia in summi
versetur, sed cogitabunt viri gener
nae ac virginis spiritu divino ex li
mati, nullam esse veriorem ac solid
nē, quam quę ex illo myrothecio
Adjungemus nostra quoq; vo
rum ac Deum rogabimus, ut eff
solam animos illorum triste
sis luctuosis ad seren
deinceps pericul
in sui nominis
a est ex parte
, neq; pa
am be
ritis
paream
ector, Anno
14. Decemb.

